



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich**

**Herbipoli, 1680**

Celsissimo & Reverendissimo Principi ac Domino D. Petro Philippo  
Episcopo Bambergensi & Herbipolensi, ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**



*Celsissimo & Reverendissimo  
Principi ac Domino D.*

**PETROPHILIPPO**

Episcopo Bambergensi &  
Herbipolensi, S. R. Imperii

Principi, Orientalis Franciæ Duci  
&c. Domino meo Clemen-  
tissimo.

**I***ngenuus est hic libellus, Celsissi-  
me ac Reverendissime Prin-  
ceps, Domine Clementissime,  
atq; ut talem se omnibus prodat,  
Gentilitiorum Cordium Tuorum fi-  
guram præ se fert, ingenuorum ho-  
minum more, de quo Macrobius  
in Saturnalibus & quoniam ob re-  
rum vastitatē exiguā hanc mole con-  
tentam pro Bibliotheca portatili esse*

*¶ 2 potest,*

potest, monente Galenolib. de com-  
pos. medic. c. 1. in Templo Pacis, hoc  
est, apud Celsitudinem Tuam collo-  
cari primitus optat, duo simul obten-  
turus, scutum cordis videl. contra  
Obtrektorum invidiã; Sanarumq;  
mentium affectum propitium, a-  
pud quas tanta est sublimis Sapiëntia,  
integritatis, prudentia, Zeli, & pla-  
cidissimorum Celsitudinis Tue mo-  
rum æstimatio, ut Celeberrimorum  
Insignium Tuorum præfixio possit  
esse pro velis ac titulo gloriosi Patri-  
monii Tui (quod est boni publici atq;  
Concordiæ Studiũ) ac proinde PAX  
RELIGIOSA, veluti rerum ad S.  
Matris Ecclesiæ, Tridentinæq; cum-  
primis Synodi mentem à Celsitudine  
Tua in Episcopatibus Bambergensi  
& Herbipolensi gestarum ad umbra-  
tio, sive ad Conciliandum sibi præ-  
tium, sive ad demonstrata tranquil-  
litatis

litatis publicæ commoda conser-  
vanda, meritò in fronte præferat  
ac revereatur *Authoritatem Celsi-  
tudinis Tuæ, tanquam Religiosissimi  
Antistitis, Sapientissimi Ducis, A-  
mabilissimi Principis; ac multò æ-  
quius ab Eo sumat exordium, à Quo  
vigorem trahit ac robur; quàm non-  
nullæ quondam Italia Civitates, te-  
ste Suetonio, initium anni à die,  
quo primùm Octavius Augustus ad  
eas accesserat: ec quid enim delecta-  
bilius, raptis ad se leniter unitisq; ho-  
minum cordibus, Calendas Pacis in-  
choat, Sacratissimis Cordibus  
Tuis? quæ generosi Celsitudinis Tuæ  
Antenati Tria acceperunt, ut es-  
sent terna Charitum sedes, unde cum  
avito sanguine, lac & mel in Te  
confluerent, circum septosq; tot Cor-  
dibus humillimos Clientes ac subdi-  
tos tutos facerent ab omni amaritu-  
dine*

dine sortis adversa, & prodigiosa  
quâdam metamorphosi, non rigidos,  
ut fabulosum caput Medusa; sed  
melleos redderent quorumcunque,  
etiam hostium, animos, statim at-  
que Cordium Tuorum, hoc est, beni-  
gnissima Comitatus Tuae vel stillam  
libaverint. Si quorum tamen pa-  
latus tanto livore destructus est, ut  
nullam planè dulcedinem sentiant,  
stabit & contra tales, sub potentissi-  
mis Celsitudinis Tuae Auspiciis,  
**PAX** hac firma ac stabilis, Tuente  
Te, juxta S. Bernardi Doctoris  
mellei verba, locum, quem tenes;  
dignitatem, quâ polles; potestatem,  
quam accepisti, ut Episcopalis Ordi-  
nis jus & dignitas, unicus Religio-  
sæ Pacis meæ Icopus, ex integro  
conseruetur. Quod ut jugiter fiat,  
Celsitudini Tuae longam ætatem &  
Salomoni Seculi Nostri Schalom,  
id

id est, solidam Pacem ac omne bonum animitus apprecor, ac post inclinationem profundam, lucubrationum mearum Hecatomben, unà mecum, demississimè dedico, atque permaneo

## Consuetudinis Tuæ

Ex Castro Montis Mariani  
supra Herbipolim in festo  
S. FRIDERICI Episcopi  
Ultrajectensis, & Martyris  
pro Veritate, die 18. Julii  
1680.

*Humillimus, fidelissimus &  
devotissimus*

J. F. Karg M. P.

104

Pro-